



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

XVIII. De priuilegio Arelatensis episcopi ad Synodum congregandam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

ANNO CHRISTI 452. stum est, si interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate & manus impositione in ecclesia recipi sufficit.

XVIII.

Ad Arelatensis episcopi arbitrium Synodus congreganda: ad quam urbem ex omnibus mundi partibus, præcipue Gallicanis, sub sancti Marini tempore legimus celebratum fuisse Concilium, atque conuentum. Si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat.

Conc. Are-
latense I.

XIX.

Si quis autem adesse neglexerit, aut coetum fratum, antequam Concilium dissoluatur, crediderit deferendum, alienatum se a fratum communione cognoscat: nec eum recipi liceat, nisi in sequenti Synodo fuerit absolutus.

Dicit. 18. Si
quis autem.

XX.

De agitatoribus, sive theatricis, qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu agunt, a communione separari.

XXI.

Poenitens quæcumque defuncto viro alii nubere præsumperit, vel suspecta, vel interdicta familiaritate cum extraneo vixerit, cum eodem ab ecclesiæ liminibus arceatur. Hoc etiam de viro in poenitentia posito placuit obseruari.

Iuo par. 15.
cap. 72.

XXII.

Poenitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam.

33. q. 4. Po-
nitentiam
coniugatis.

XXIII.

Si in alicuius episcopi territorio infideles aut fa-

Concil. Tom. 9.

iii